

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Schriften - Cod. Aug. perg. 205

Alcuinus, Flaccus

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Alkuin: questiones in Genesim

[urn:nbn:de:bsz:31-10525](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-10525)

1461

Dilectissimo fratri sigulfo pbro alicuina salu-
tem. Quia indiuiduus & fidelis mihi caris-
sime frater socius tanto tempore fuisti. Et quia
te sacrae lectionis studiosissimum. ee non paruas
interrogationes de libro genesios quas ut recorder
pucissima exquisisti pariter congregatas tuo
nomini dicam ut haberes unde tuam potuisses
memoriam recreare. Que sepe perdit quod ser-
uare debet nisi in thesauro literarum reconditum
teneat. Maxime nobis qui saeculi occupationibus di-
strahimur & diuersis itinerum molestiis fatigamur.
Et quia pondera librorum nobiscum portare neque-
unt. ideo aliquoties breuitati studendum est ut
sit leui pondere preciosa sapientiae margarita ut
habeat fessus itinere maior quo se recreat. licet ex-
pendere manus portantis non grauetur. Sunt in eo-
dem libro difficilissime questiones plurimae. quas ad
praesens tangere non libuit. Et etiam non licuit. Et quia
me de illis non interrogasti. he etiam maximae hi



2
storie sunt & simplici responsione contente ille
uero maioris inquisitionis et longiorem habere in
digent tractatum. his tantum dilectissime fr̄ esto
contentus. & siquid in eis per peram dixerim tu
fraternali stilo corrigere studeas. Siquid uero bene
non mihi sed largitori gratias age quod te per ficere.
& me tibi sufficere ex donis suis faciat. Sine quo
nihil possumus in quo omnia possibilis sunt creden
ti Qui creditam sue nobis pecunie largitionem in
laudem nos & gloriam sui nominis multiplicare
faciat. **I H T I A A O G**

Quomodo conuenit quod in genesi legitur. Reque
uit d̄s die septimo ab omnibus operibus suis. & in eu
angelio pater meus usque modo operatur & ego ope
ror. **Re.** Requeuit a nouarum conditione creatura
rum. a conditarum gubernatione. & ideo d̄s tunc
creator in sex dierum creatione putandus ē. nunc
uero gubernator in totius mundi naturis.

Quot creaturas rationales condidit d̄s. **Re.** Duas ange
los & homines. & caelum angelis. et terram homi
nibus habitationem. Quare angelicum pecca

3
tum silentio in genesi absconditum est. & hominis
pales factum. **¶** Quia angelicum uulnus dñs non
predistinauit curare. hominis uero sanare predi
stinauit. **¶** Cur summi angeli peccatum insana
bile fuit. & hominis sanabile. **¶** Quia angelis sin
sceleris inuentor. fuit. homo uero alterius fraude
seductus. item quanto sublimior angelus in gloria.
tanto maior in ruina. homo uero quanto fragilior
in natura. tanto facilius adueniam. **¶** Cur homo
suae potestatis auctor ē creatus. **¶** Et ipse sibi
auctor esset siue ad uitam. siue ad mortem. si uero
necessitate eēt subiectus. tunc nec boni operis haberet
gloriā. nec mali poenā. sed esset quasi unus ex pecoribus.
¶ Cur enim in paradiso lignū uitę. & lignū scientię bo
ni & mali creatū est. **¶** Et per illud homo potuisset in
mortalis esse. hoc uero mortalis. ligno uitae quasi me
dicina ut incorruptibilis esset. ut abatur. ligno aut sci
entię. boni & mali quasi ueneno ut moreretur. **¶** Qua
re adam mundi dominus legē accepit. **¶** Et non tan
to extolleret domino. sed in obseruatione mandati sci
ret se esse subiectum conditori suo. **¶** Quid ē quod dñs in

spiravit in facie adam spiraculum uitae **R** Inspiratio di
in facie hominis conditio est anime rationalis **INT** Cum ho
mo sexto die creatus est dum propter rationem nobilior
est creaturis que ante se sex diebus facte sunt **R** Ut
primo creator mundum quasi domum prepararet & post
introduceret habitantem idem domum domus **INT** Quare
creator in adae delicto terrae maledixit & non aquis.

R Quia de terre fructu contra interdictum manducavit ho
mo non de aquis bibit & quia predestinavit deus in aquis abluere
peccatum quod de fructu terrae contraxit homo. **INT**

Quare terrestria animalia plus maledictionis habent

quam aquatilia **R** Quia plus de maledicta terra uiuunt
quam aquatilia & ideo christus post resurrectionem de piscibus
manducare uoluit non de aliquo animali terrestri **INT** Qua

re ipse creator hominis peccatum pro se ipsum expiare uo
luit & non per angelum **R** Quia non sufficiebat unius angeli
meritum ad redemptionem totius humani generis. nec tan
tum sceleris incurrisset & diabolus de nece angeli. quan
tum incurrit in nece creatoris. **INT** Cur diabolus tam in

festus est hominum saluti **R** Propter odium in creatorem.
& inuidiam in hominem & desperationem suae salutis.

5
N quare d[omi]n[u]s humano generi in principio legem non dedit.
quod post ea p[ro] moysen tradidit **R** Quia d[omi]n[u]s in primis ho-
minibus lex bone nature seruabatur. at ubi natura-
lis lex euanuit. oblita consuetudine delinquendi da-
ta est lex literae p[ro] moysen. ut bona que sciebantur aue-
toritatem haberent. & que literę coeperunt manife-
starentur. & ut terror discipline corrigeret delinquen-
tes. & fidem reformaret in d[omi]n[u]m **INT** Ut quid abel sacrifici-
um susceptum e[st] & eam refutatum **R** Quia abel op-
tima d[omi]n[u]o & naturalia offerebat. eam uero uiliora & hu-
mana inuentione excogitata ut putatur **INT** Cur abel in
euangelio singularit[er] iustus nominatur. **R** Quia tria ma-
xima iustitiae p[ro]emia in eo esse leguntur. uirginitas sacer-
dotum & martyriū in quibus xpi figurā gessit. qui fuit
uirgo sacerdos & martyr **INT** Quare enoc tanto tempo-
re seruabatur a morte **R** Ut ostenderet quid om[n]es homi-
nes potuissent si non peccassent **INT** Cur idem enoc mori-
curus erit **R** Ut debitū soluet humane nature & quod
xps noluit nullus posset idē n[on] mori **INT** Quot modis est
operatio diuina **R** Quatuor. Primo q[uo]d in uerbi d[omi]n[u]i di-
spensatione omnia eterna sunt. secundo quod in materia

informi quattuor in eum creavit omnia simul. Tertio quod prope dies sex varias distinxit creaturas. Quarto quod ex primordialibus seminibus nuncogente oruntur nature sed nocte sepius ne pereant reformantur.

INT Que creature de nihilo facte sunt. **R** Caelum terra angeli lux aer & aqua & anima hominis. **INT** quot elementis mundus stat. **R** Quatuor. igne. aere. aqua. terra.

INT Que est singulorum natura elementorum. **R** Ignis uero calide & aride e nature aer calide & humide. Aqua humida & frigida Terra uero frigida e ut aqua nature est.

INT Cuius nature caelum esse fertur. **R** P Ignis rotunde atque uolubilis. **INT** Si uolubile e cur non cadat. **R** Raret uero propter nimiam celeritate in sapientes mundi dixerunt. si non planetarum occursum moderetur.

INT Cur deus senario numero mundi creationem perfecit. **R** Quia ille numerus perfectus iuxta arithmetice discipline legitur esse rationem. ut ostenderet deus omnia perfecta. & ualde bona eum condidisse.

INT Quid e in principio creauit deus caelum & terram. **R** In filio fecit deus caelum & terram.

INT Cur dictum est plantauerat autem deus deus paradysum.

ap principio **R̄P** Et hieronimus uult quod ante con-
ditionem caeli & terrae. paradysū plantatum esse **INT**
Quid in caeli terrae que nomine significatur. quando dici-
tur in principio fecit d̄s caelū & terram **R̄P** Infor-
mis illa materia quā de nihilo fecit d̄s appellata est.
primo caelū & terra. Non quia iam hoc erat. sed quia
iam hoc esse poterat. nam secundo die caelum istud
siderum factū esse legitur. & tertia die terrā apar-
uisse & uesari floribus siue in caeli nomine & terrae spi-
ritales & terrenas creaturas intellegi possunt. **INT**
Quid est sp̄s d̄m ferebatur sup aquas **R̄P** Non puagatio-
ne sed potestate & regentis imperio ad formandā. uel
uiuificandā informem materiam. quae hoc loco aque
nomine significari potest. **INT** Quid ē terra aut erat
inuisibilis & incompressa. Inuisibilis pp̄t obscuritatem.
incompressa pp̄t deformitatem. **INT** Quid ē dixit d̄s fiat
lux **R̄P** Dixit p̄ fecit scriptor posuit ut celeritatem. uel
facilitatem operis d̄i ostenderet **INT** Quid est. appellauit
d̄s lucem diem. **R̄P** Idē appellari fecit. **INT** quare pri-
ma die lux creata legitur **R̄P** Congruunt operibus
d̄i ut prima die a luce aeterna. lux temporalis prima

8
fieret ut esset unde caetera creaturae apparerent.

IN Quid est, quod factum est uespere & mane dies unus

R Id est finis operis perfecti & initium operis incepti.

IN Quid est, uidit deus quod esset bonum **R** Id est mea bonitate placuit ut maneret. in qua placuit ut fieret quod fecit. **IN** Quare de solo homine dictum est faciamus hominem de alius creaturis legitur dixit deus **R** Quia uidelicet quia rationalis creatura eandem cum consilio facta uideretur. & ut nobilitas ostenderetur.

IN Cur plurali numero dixit faciamus **R** Ut ostenderetur trium una operatio personarum. **IN** In quo est homo conditoris sui imago **R** In interiori homine. **IN** Cur utrumque imago & similitudo **R** Imago in aeternitate. similitudo in moribus. **IN** Cur iterum dixit & creauit deus hominem ad imaginem suam cum ante dixit ad imaginem nostram **R** Utrumque. ut pluralitas personarum & unitas substantie insinuaretur. **IN** Quare de homine solo creato non dicitur singulariter uidit deus quod esset bonum si dicit de ceteris creaturis dictum est **R** Quia postquam homo creatus est dicebantur esse omnia ualde bona. propter hominem autem omnia ualde bona. quia omnia inde

9
eorem hominis creata sunt. homo uero in gloriam &
laudem conditoris sui factus est. **INT** Quid est quod
dixit requiem dñs die septimo ab omnibus operibus
suis. **R̄P** Si enim diuides septenarium numerum in unum
& sex. erunt enim duo primi numeri perfecti. Unitas
uero in se ipsa natura & potestate perfecta est. Saenari
us uero numerus primus opere & actu perfectus est & par
tibus suis implet. Nam prima. secunda. tertia. sex faci
unt. significatur uero in requie dei septimi. quod dñs an
te creationem mundi in se ipso natura & potestate p
fectus est & eternaliter in se ipso habet requiem. Creature
uero actu ab ipso creationis acceptu habent per ipsum
in suis naturis perfectionem quandam & requiem in ope
ratione oboedientiae. & maxime rationabiles creature
eo bono beate sunt ut in conditore suo requiescant. **INT**
Cur de die sabbati dicitur. benedixit dñs diei sabbato septimo
& sanctificauit illum. ^{h̄v} dñs alius die hoc non legitur eum dixis
se. **R̄P** Ut ostenderet sanctorum requiem post sex huius
saeculi aetatum labores in eterno sabbato & benedicta
requie quieturos. sicut diciturus erit. Venite benedicti
patris mei percipite regnum. Ideo & illa dies sine uespera

legitur. quia ultima requies sc̄orum sempiterna est.

- IN** Cur dixit iste generationes sunt caeli ac terrae. **RP** Con-
tra eos facit qui sine initio mundū. semper fuisse ad-
firmat. **IN** Cur dixit in die quo fecit d̄s caelum & ter-
ram & n̄ in diebus. **RP** Diem aero p̄toto tempore
primordialis creature posuit. & apostolus ecce nunc
dies salutis. chem totum tempus intellegi uoluit. quo
sc̄i in hac uita p̄aeterna salute laborant. **IN** quid est.
quod dicit omne uirgultū agri ante quā oriretur in
terra. **RP** Ut celeritatē operis d̄s insinuaret. idē ante
quam aliqui fructus ex terra crescendo orientū aut
germinarent. repente om̄s campi & colles herbis erant
& arboribus cooperta. **IN** Quid ē. non enī pluerat d̄s
d̄s sup̄ terram. **RP** Ut intellegitur quantum prima
terra. germinatio a moderna distabat. quae morulis
ad plumarū irrigationē uix tandem & tarde pficit.
illa uero ad iubentis imperium mox exorta aparuit.
IN quid ē. aut quod dix̄. fons ascendebat ex terra. irrigans
uniuersam sup̄ficiem terrae. **RP** Aut desolo dicit para-
dyso. qui uno fonte irrigari creditur. aut si de tota terra
intellegendum est. omnemque aquarum abundan-

11
tiam intellegi uoluit. **IN** formaunt igitur dñs dñs hominē.
quid igitur nūm ante die sexto homo legitur esse creatus.
RP lam strictim prius p̄ anticipationem de hominis creatio
ne dixit. quā modo p̄ recapitulationē plenius expone
re aggressus est. **IN** Quid est qđ dixit. formaunt igi
tur dñs hominē de limo terrae. & inspirauit in facie
eius spiraculum uitae. **RP** quia uidelicet in corporis
& animae substantiā factus est. e quibus corpus de li
mo terrae formatū est. anima uero de nihilo dō inspi
rante creata. **IN** Quid ē quia dicitur. & posuit dñs ho
minem in paradysō uoluptatis. ut operaret̄ & custo
dieret illud. aut a quo custodire illud debuit. **RP** Non
enim homini erat laboris adfliccio in paradysō. sed uo
luntatis exhilaratio. Cum ea quę dñs creauit huma
ni operis adiutorio laetus ueratusque puenirent. &
custodiret illum. id est ut custodiret eundem para
dysum sibi ipsi ne aliquid amitteret. ut inde merere
tur expelli. **IN** Cur dictum est lignum scientiae
boni & mali. **RP** Non quia ipsum lignum in sua
natura rationalis esset uel scientiam boni & mali
habuisset. sed quia homo in eo experire & scire potuit.

12
quid esset inter obedientiae bonum & inobedientiae
malum. **IN** quid significat in eo quod dixit morte
moriens. **RP** Duplicem hominis mortem significat.
id est animae & corporis. animae mors est dum propter
peccatum quot libet animam deus deserit. corporis
mors est dum propter necessitatem quam libet corpus
deseritur ab anima. & hanc duplicem hominis mor-
tem. Christus sua simpla morte destruxit. Nam sola car-
ne mortuus ad tempus. anima uero nunquam. quia
nunquam peccauit. **IN** Unde dicitur. adduxit ea
ad adam ut uideret quod uocaret ea. **RP** Non circuitu
locali adducens sed occulto nutu suae potentiae uoluit
ut uenirent. **IN** Cur uoluit deus ut homo cunctis ani-
mantibus nomina imponeret. **RP** Ille homo intellege-
ret seipsum. quanto melior esset cunctis animanti-
bus ex rationis discretione & eo magis conditorem
suum diligeret. quo se meliorem aliis uiuentibus intel-
legeret. **IN** Cur dixit adam uero non inueniebatur ad-
iutor similis eius. **RP** quia inter omnia animantia ter-
rae nullum rationale inueniebatur nisi ille suus. **IN** Cur
mulier de latere uiri dormientis aedificata legitur & non

de terra plasmata sicut uir. **RP** Certe mysteri causa signi-
 ficans. quod xps ppe ecclesiam in cruce dormiuit. exeu-
 us latere fons salutis nre manauit. **IN** quomodo con-
 uenit xpo quod dictum e ppe hoc relinquit homo
 patrem & matre & ad herebit uxori suae. **RP** Reli-
 quit patre quia non in ea forma aparuit hominibus
 que qualis e patri. reliquit matre dum sinagogam
 deseruit iudeorum. de qua secundum carnem natus est.
 & ad herebat ecclesiae. quam ex gentibus congregauit.

IN Quare non erubescerant adam & eua dum nudi erant.

RP quia nullam legem senserunt in membris suis repugnan-
 tem legi mentis suae. nihil enim putabant uelandum quia
 nihil senserunt refrenandum. Nam in poenam pecca-
 ti euenit homini. ut ipsa sua caro rebellis ei esset in moti-
 bus suis. quia ipse rebellis erat creatori suo in actibus suis.

IN Unde serpens callidior dicitur cunctis animantibus terrae.

RP Non ex sua natura sed ex chabolici sps inflatione. utebatur
 enim serpente diabolus quasi organo ad ppetrandam
 calliditatis suae malitiam. **IN** Cur temptari ds homine
 pmissit. quem consentire presciebat.

RP quia mag-
 ne laudis non esset si deo homo non peccasset. quia male

19
facere non potuisset. Nam & hoc sine intermissione per
uniuersum genus humanum. ex insidus diaboli homines
temptantur. ut ex eo uirtus temptati pberur. & pal
ma non consentientis gloriosior appareat. **IN** Siser
pens sonos uerborum qui p eum loquebantur intellegere
potuit. **RP** Non est credibile euam intellegere posse
que p eam diabolus agebat sed sicut demomachus &
mente captus loquitur que nescit. ita serpens uerba
edebat que non intellegebat. **IN** Cur mulier ad in
terrogata serpente respondit. **RP** Ut preuaricatio eius
esset inexcusabilis cum nullomodo dicere potuit se
oblitam esse mandati quam serpenti prodidit.

IN Cur homo factus est in liberum arbitrium. **RP** quia
noluit creator hominem cuius lib& creare seruum.
quem ad imaginem suam fecit. quatinus ex uolun
tario bono laudabilis appareret uel appetitu malo
damnabilis. **IN** que est libertas uera. **RP** Maxima
autem libertas est seruire iustitiae. & a peccato liber
esse. **IN** Quomodo potuit mulier credere serpentis
sermonibus quod diuinitus a se bona fuisset phibitus.
RP quia forte merat menti illius ante amor quidam

15
pprie potestatis & quedam de se supba presumptio
que p illam temptationē fuerat uincenda & humilian
da. **IN** Cur mulier considerauit lignum post ser
pentis p suasionem. **RP** Ut exploraret si quid in eo mortif
ferum esset. & dum nihil in eo tale reperiret confiden
tius gustauit ex eo. **IN** Sed unde uir consentit femi
ne. **RP** Quia forte illam eo cibo mortuam non esse
cernebat. & potuit fieri ut putauerint alicuius signi
ficationis causa dixisse creatorem si manducaueritis
ex ea morte moriemini. **IN** Ad quid aperti sunt ocu
li eorum. **RP** Quo nisi ad inuicem concupiscendā
quod eis ad poenam mox post peccatum euenit.

IN Cur ad folia ficulni turbati cucurrerunt. **RP** Quia
gloriam simplicis castitatis amiserunt. ad duplicē
libidinis pruriginem con fugerunt. ideo dñs ihs dixit
nathanaeli cum esses sub ficu uidite. & ideo descen
di liberare te idē cum esses sub ficu originalis peccati
p misericordiam uidite. **IN** Quid est quod post me
richem abscondit se adam & uxor eius. **RP** Id est
post beatæ paradisiacæ felicitatis lucem. in huius
saeculi caliginosa miseria se absconderunt. **IN** Cur

16
dī quasi nesciens interrogavit ubi esset adam. **R̄P̄** Non
utique ignorando quesivit sed increpando admonuit
ut attenderet ubi esset & unde cecidisset. **IN̄** Unde
se ad dñi presentia abscondi posse putabat. **R̄ESP̄**
haec ei insipientia de peccati poena accidit eum la-
tere uelle quem latere nihil potest. **IN̄** Cur adam
in mulierem peccatum detorsit. **R̄P̄** Ad cum ulū
peccati sui supbe respondit. non humiliter. quasi
querimoniam in dñm dirigeret. cur ei talem dedis-
set sociam. unde ei peccati occasio esset. similiter
& mulier suae culpae causam in creatorem refert.
quare serpentem p̄ quem deciperetur in parady-
so creauerat. **IN̄** Quare non est interrogatus ser-
pens cur hoc fecerit. **R̄P̄** Quia forte non id sua
natura uel uoluntate sua fecerat. sed diabolus de
illo & p̄ illum fuerat operatus ideo dicitur ei sup
pectus tuum graderis & terram comedes. siquidē
in pectore calliditas nequitiarum ei indicatur.
qui & terram deuorat dum luxuria & libidine pec-
cantium pascentur & delectatur. Nam & sicut dia-
bolus p̄ serpentem loquebatur. ita & in serpente

maledicetur. **INT** Quid est semen uel semen serpentis. mulieris ^h

RP Semen mulieris est totum genus humanum. quae duo semina excepto diuino continuum inter se gerere odium debent. ut non faciamus quae diabolus uult. quia ille numquam uult nobis p[ro] futura.

INT Quid est caput serpentis & calcaneum mulieris.

RP Caput ē serpentis ^{in flos pe pudicet} in ^{uicia: si uafione} inuicem suggestionis cogitatio. quā nos debent omni intentione conterere atque allidere ad petram quae est x[ristus]. Calcaneum mulieris ē extremū uitae nostrae tempus. quo diabolus nos acruis impugnare satagit. cui si uiriliter resistimus. uictoriam perseverantiae cum salute nostra accipiemus. **INT** queritur cum dicit. & subiuri potestate eris si ante peccatum quoque mulier sub potestate uiri esset. **RP** fuit itaque. sed ea uirtute quae p[ro] dilectionē operatur & foras mittit timorem. post uero conditionali seruitutis timore quae p[ro] disciplinā operatur. **INT** Cur spinos & tribulos germinant terra. **RP** Per peccatum enim hominis terra maledicta est ut spinas pareret & uenerosas herbas ad poenam. uel ad excitationem mortalium. uel ante oculos semp[er] homo habeat ori

gnali crimine. & sic admonitus aliquando se auerta
 tur a peccatis. **INT** Cur dñs homini fecit tunicas pel
 litias. **R̄P** Ut eos mortales fuisse infirmaret. **INT** Quo
 modo dñs dñs dixit. de homine post peccatū. ecce adā
 factus est quasi unus ex nobis. **R̄P** Propt̄ scām tri
 nitatem plurali numero dixit ex nobis. sicut & in ere
 atione eius. faciamus hominē uoce deterrentis ad
 incutiendū alius ne peccarent. uel sensu expran
 tis. quia non solum non fuerit sed nec illud quia
 factus fuerat conseruauerit. **INT** Quid ē cheru
 bin. uel flammeum gladium atq; uersatile. at custo
 diendam uiam ligni uitae posita. **R̄P** Id est per ange
 lum ministeriū ignea quedā custodia que tamen
 bene uersabilis esse dicitur. significat quandoq; quia
 illam remouendā esse a paradysi ianuis. **INT** Unde
 nouerat cam. dñm ad munera eius non respexisse.
 & ad munera abel respexisse. **R̄P** Igne missō de
 caelis ut credatur ostiam abel suscepit. ut sepiissi
 me factum offerentibus uiris sc̄is legimus. cam ue
 ro ipse sacrificium suum consumere igne debebat.
INT Quid est quod dñs dixit decam. nonne si bene egeris

recipies. si autem male statum in foribus peccatum tuum adert. **R̄P** Id est si pura mente obtuleris sacrificium. recipies respiciente dō ad te. & ad sacrificium tuum. si autem male egeris. intrantē te. & exitum semper peccatum tuum comitabitur. & desinet dñs custodire introitum tuum & exitum tuum.

INT Quomodo intellegendū sit subte erit appetitus eius & tu dominaberis illius. **R̄P** Tu quia liberi es arbitriū non habet peccatum super te dominium. sed tu super illud & in tua potestate est. sine conpescere sine concupiscere illud. **INT** quare dñs interrogavit cam. ubi ē abel frater tuus. **RES̄P** Non tamquā ignarus. sed tamquā iudex reum quem punit. cui cam ad cumulum peccati sui fallaciter ac subpbe respondit. **INT** Quomodo uox sanguinis abel clamat ad dñm. **R̄P** Idē homicidii illius reatus. in conspectu iusti iudicis apparebit. **INT** Unde cam maledicetur in peccato suo. in peccato uero adae terra maledicetur. **R̄P** quia cam sciebat damnationem preuaricationis primę. & non timuit originale peccato fratricidii super addere scelus ideo maiori

maledictione dignus habebatur. **INT** quod est signum
 cum. quia posuit ei dominus ut non occideretur.

RP Ipsum uidelicet signum quia tremens. & gemens. uagans.
 & profugus. semper uiueret. nec audere eum usquam
 orbis terrarum. sedes habere. quietos. & forte idcirco
 ciuitatem conchidit in qua saluari possit. **INT** Cur
 ipse se mortem damnauit dicendo. omnis qui inueniet
 me occidet me. **RP** Desperando dixit uelud conpendium
 mortis cruciatos euadere. presentes. **INT** Quo modo septuplum
 punietur qui occidit eam. **RP** Solet enim septenarius
 numerus sepiissime in scripturis sanctis pro plenitudine
 cuiuslibet rei poni. quasi dixisset grauissima ultione
 puniendum esse. qui nec tantae damnationis acerbitate
 admonitus. a sanguine effundendo uoluit manus cohibere.
INT Quid est quia legitur lamech dixisse cum occiderit eam
 septuplum decem uindiceetur. de lamech autem septuagies septies.

RP Quia homicidii peccatum septima generatione diluui
 uindictam esse legitur. adulteri uero scelus quod lamech
 primis omnium in duobus commisit uxoribus. non nisi
 sanguine christi expiandum.

esse qui septuagesima & septima generatione uenit in mundum. **INT** Unde euenit diabolo prima uoluntas mala. **RP** Cum uero causa miseriae malorum angeloru queritur. ea merito occurrit quia noluerunt ad illum custodire fortitudinem suam. qui est summum bonum. sed auersi sunt ab illo. & ad se ipsos conuersi sunt. & sua propria delectati potestate. & iste primus defectus est. & prima inopia rationalis creaturae. & hoc uitium quid aliud nisi superbia nuncupatur. **INT** quid est malum. **RP** Malum uero nihil est nisi priuatio boni. sicut tenebre nihil sunt nisi absentia lucis. **INT** Cur per tres filios noe secunda origo saeculi surrexit. **RP** Ut tres partes mundi atrium generatione implerent. porros enim in filius suis Asiam. et ham libiam. etia sed. europam possidebat. **INT** De quibus dixit. cum coepissent homines multiplicare terram super. & uidentes filii dei filias hominum quod essent pulchre. **RP** filias hominum per generem cham. & filios dei sobolem seth appellare scriptura uoluit. Iam benedictione religiosi. illi paterna maledictione in

11

at sig
 sua
 uspi
 id
 Cur
 uen
 on
 Quo
 Solet
 scis
 gra
 unna
 endo
 gatur
 deca
 ptes.
 ne di
 celus
 usit
 un

pudici. sed post quam filii seth concupiscentia uicti.
 ex filiabus cham conubia unxerunt. ex tali coniune
 tione homines inmensis o corpore. uiribus superbi. mo
 ribus inconditi. quos scriptura gigantes nominat
 percreati sunt. **INT** quid est quod dixit. Non pma
 nebit sps meus in homine in aeternum quia caro est.
RP Sps enim iram in hoc loco significat. & caro fragi
 litatem humane nature quasi dixisset. quia fra
 gilis est in hominibus conditio. Non ad aeternos eos
 seruabo cruciatos. sed hic restituam quod meren
 tur. **INT** quid significat ille p finitus numerus
 erantque dies eius. c. lxx. annos. **RP** Datus e
 iste numerus ad agendam penitentiam huma
 no generi sed contemptores preuenit uindicta.
 nam post. c. annos uenit diluuium. **INT** quid
 est quod de deo dicitur penitet me hominem fecisse.
 & iterum tactus dolore cordis in trisecus. num
 quid in deum penitentia aut dolor cordis cadere po
 test. **RP** Non deus de facto suo penitet aut dolet si
 cut homo cui est de omnibus rebus omnino tam
 fixa sententia. quam certa p sentia. sed utitur scrip

tura sc̄a usitatis nobis uerbis intellegendibus. ut ap-
 tet se nostrę paruitati. quatinus excognitis incog-
 nita cognoscamus. **INT̄** Noe uir iustus atq;
 p̄fectus erat. si nullus sine peccato. quomodo aliquis
 p̄fectus esse potest. **RISP̄** Perfecti hic aliqui dicun-
 tur non sicut p̄fitiendi sunt sc̄i in illa immortali-
 tate qua equabuntur angelis d̄i. sed sicut esse possunt
 in hac peregrinatione p̄fecti. **INT̄** quid est quia
 dixit d̄s ad noe. finis uenit uniuersę carnis. **R̄P̄** Uniu-
 uersę carnis significat omnium mortalium. p̄ter
 illos qui in illa archa saluandi erant illi igitur qua-
 si seminarum secunde originis seruati sunt.

INT̄ Disperdam eos cum terra. quomodo cum terra dū
 terra postea remansit. **RISP̄** Tradunt enim doc-
 tores terrę uigorem & fecunditatem longe inferi-
 orem esse post diluuium quam ante. & idcirco
 hominibus carnes edere licentiam esse datum. &
 ante etiam diluuium fructibus terrę solummo-
 do uictitasse. **INT̄** Quę sunt ligna leuigata de
 quibus archa p̄cipitur esse. **RISP̄** Fortia & insolu-
 bilia de quibus alia translatio dicit quadrata ut

24
archa ne uentorum ui. nec aquarum inundatione
solueretur. **INTĀ** Et bitumine limes. que est natu
ra bituminis. **RISĀ** Bitumen est feruentissimum
& violentissimū glutem. cuius est enim uirtus ut lig
na. que ligna ut lita. nec uermibus exēdi. nec solis ar
possint dore uel uentorum flatibus uel aquarum inunda
tione dissolui. **INĀ** Quare ergo arcae speciem uel
formam debemus intellegere. **RĀ** Ut uidetur. qua
tuor. angulis eam ex imo adsurgentem. & eisdem
paulatim usq; ad summum in angustum adtrac
tus in spatium unius cubiti fuisse collectam. Sic
refertur quia in fundamentis. ceteri cubiti in longi
tudine. & in latitudine. t̄ sint & in altitudine. xxx.
sed collecta in cacumen angustum. ita ut cubitū
sit. longitudinis & latitudinis. & uere nulla potu
it tam conueniens & congrua arcae species dari.
quam ut summo uelut erecto quodam angusto
culmen defunderet in brum ruinas. & in a ma
quis quadrata stabilitate consistens. nec pulsu
uentorum nec impetu fluctuum. nec inquietu
dine animalium que intrinsecus erant. aut in

clinari possit aut mergi. **IN** quomodo eam
 bicameratam & tricameratam intellegere debe
 mus. **R** **E** Bicameratam in inferioribus. tricame
 ratam uero in superioribus ita ut quinque habi
 tationum distinctiones in ea esse aduertamus. infe
 riora eius loca stercoreibus & spurciis esse deputata.
 ne animalia et precipue homines firmi foetore ue
 xarentur. huic autem subperior & contraigua ca
 mera conseruandis pabulis animalium deputare
 tur. in hos ergo usus inferiores partesque bicamera
 te dicuntur tradunt fuisse distinctos. Superio
 res uero partesque tricamerate dicuntur. ad habitacu
 lum primo bestis uel animalibus in minoribus uel
 serpentibus deputatas esse. ab his ergo congrua in
 superioribus loca. minoribus animantibus stabula
 fuisse. supra omnia uero in excelsis hominibus se
 dem locatam. ut puto sicut honore. & sapientia an
 te cedit. ita & loco cuncta pcellere animalia. &
 sic. mansiones inesse intelleguntur. Prima ster
 corina. secundae apothae carna. tertia feris animan
 tibus. quarta mansuens. quinta hominibus.

IN Quomodo de hostio quam in latere arcae aedificaba-
 tur intellegendum est. **R^o** Tradunt autem etiā
 ostium quoddam ex latere factum dicitur. eo loco
 fuisse. ut inferiora que dixit bicamerata infra se
 haberet. & que dixit tricamerata superiora. a loco
 ostii appellata sunt. & inde ingressa uniuersa ani-
 malia p̄ sua quoque loca. secundum que supra di-
 ximus congrua discrepta sunt. **INT** Quid habet
 mysterii mensura arce. **R^o** habet enim myste-
 rium p̄fectum corporis xp̄i. sexies enim triceni
 habent intra se. t̄ & decies. Lxx. sic enim huma-
 num corpus si iacentem mitieris hominem. sexi-
 es habet longitudo latitudinē. & decies altitudi-
 nem. nam longitudo iacentis hominis a uertice
 usque ad uestigia metienda est. & latitudo a latere
 vsque in latus. & altitudo a dorso ad uentre. que figura
 apte xp̄o conuenire noscitur. p̄pter longanimi-
 tatem omnia sufferentis fidei. & amplitudinē
 caritatis. & sublimitatem spei aeternae. **INT**
 Ad quid fenestram in summitate arcae iubetur
 fieri. **R^o** Ut haberet unde emittere potius

27
set aues ad explorandam terrae siccitatem.

IN Quid sibi uult duo duo. septena septena. ante qua-
tuor ex mundis & xiiii. ex mundis
animantibus intellegere de beatus introchi-
cenda esse. **RP** Non duo & duo ppter. iii. sed
ppter masculinum & feminam. nam de mundis
tantummodo duo & de mundis solummodo sep-
tem. **INTIR** Cur in munda pari numero posuit
mundauero impari. **RESP** Ut haberet noe unde
hostia deo immolaret ex mundis. **INT** Unde
pluriora fuerunt munda quam immunda.
Propt futurum humano generi usum que ex
mundis debebatur hominibus. ut pluriora es-
sent que pdisserit quam que nocerent.

IN Queri enim solet utrum tanta capacitate ar-
cha describitur. ut esse animalia tanta & tot
cum mansuiculis conuenientiu sibi & escis
eorum ferre potuerit. **RESP** hanc questione
origenis soluit. cubito geometrico asserens cu-
bitum geometricum tantum ualere quan-
tum nostra cubita sex ualent. **INT** Quid est

quia dictum est ingressa esse omnia animalia ad
 arcam. **RESP.** Non noe colligente sed dño iubente
 sicut dictum est in prima creatione addu-
 xit ea ad adam. ut uideret quid uocaret ea.
 sic diuino nutu coacta animalia sponte presun-
 to numero ueniebant ad arcam. **INT.** Quod de
 piscibus uel alatilibus que in aquis sup aquas ui-
 uere possent intellegi debet si in archa essent
 annon uel de insectibus minutissimis quales sunt
 semises & muscae & cetera & alia. **RESP.** hanc
 uero questionem scs augustinus libro. xiii. de
 ciuitate di ita soluit. queri solet de minutissimis
 bestis non solum quales sunt mures & stelio-
 nes uerum etiam quales locusta & scarabei mu-
 scae denique & pulices utrum non ampliores
 numeri defintus cum hoc imperaret ds. prius
 ammonendi sunt quos haec mouent sic accipi-
 endum quia dictum est que reptant super
 terram. ut nec esse non fuerint conseruari in arca
 que possunt in aquis uiuere non solum mersa sicut
 pisces uerum etiam sup natantia sicut multe alites

detnde c
 to intell
 quom
 ibi et
 mofa
 sicut m
 definn
 mmm
 nern
 ibi ce
 naco
 illi
 en
 uale
 in hor
 poste
 extra
 um p
 opu
 hm
 moel

deinde cum dicitur masculus & femina erunt pfecto
 intellegitur ad reparandum quis non uideat .
 quantum genus dici ac phoe nec illa necesse fuerat
 ibi esse qui possunt sine concubitu de quibus que
 rebus uel rerum corruptionibus nasci uel si fuerunt
 sicut in domibus consueverunt esse sine ullo numero
 definito esse potuisse . aut si misterium sacratissi
 mum quam agebatur & tante rei figura etiam
 ueritate factialiter non posse impleri nisi ut omnia
 ibi certo numero essent . que in uere in aquis illius
 natura prohibente non possent . non fuit ista cura
 illius hominis uel illorum hominum sed diuina n̄
 enim ea noe capiens intramittebat . ad hoc enī
 ualet q̄ dictum est intrabunt ad te non scilicet
 in hominis actu sed diuinitu . **INT** Quomodo enī
 postea quam . cl . ansum est ut nullus hominum
 extra archam fuit in bituminari extrinsecus osti
 um posuit . **R̄** haec enim sine dubio diuino
 opus fuit ne ingrederentur aque p aditum que
 humana non minuerat manus . **INT R̄** Quo
 modo leones in archa uel aquilae qui consueverunt

carnibus uiuere pasci potuerunt. **RISP** forte & alia
 animalia preter numerū definitum ppter aliorum
 escam marcha fuerunt missa uel aliqua cibaria pter
 carnes auro sapienti uel dō demonstrante. que talū
 que que animantium escis conuenirent. quia magis
 credibile est. **INTER** De quibusque animantibus dic-
 tum est in quibus erat sp̄s unæ. **RIP** Non solum de
 hominibus sed etiam de ceteris omnibus qui uitali aura
 uescuntur. **INTER** Si enim aqua transcendit. x. cu-
 bitis cum altitudo hunc aerem turbulentum ut fer-
 tur transcendit. ubi dicitur nec nubes inderi nec uen-
 tos sentiri. **RISP** Si enim terra spatium illius tran-
 quille ætheris inuadere potuit. cur non et aqua
 crescendo sunt tantum. quidam qui putant nec ter-
 rae inaequalitatem talem esse. nec montium altitu-
 dinem tanta ante diluuium esse sicut nunc est.
IN Quid enim de pace & concordia. & unde se inuicem
 non debellarent diuersi generis animantia scien-
 dum est. **RISP** Sic enim dī nutu adducebatur in
 archam ita & dī nutu conseruantur in archa seu
 enim mansiunculis secundum genera sua diuiden-

tur. seu unctum manerent di tamen potentia gu-
 bernabantur. **INTER** Quid de potu animalium sci-
 endum est de quo nihil scriptura dicit. **RP** Sunt
 quidam qui putant unius diei escam in archa
 uel potum in multos p[er]disse dies animalibus. uel
 forsitan totum annum. sed dimittamus incertas
 coniecturas. & concedamus diuine potentiae de
 creaturis suis facere q[uo]d uoluit. **INTER** Quer-
 tur ubi coruus requiesceret sic columba non inue-
 nit ubi requiesceret. **RESP** Potuit coruus cada-
 uere cui libet insedere. quod columba natura-
 liter refugit. **INTER** Quare magis terrena ani-
 malia perierunt. cum homine quam aquatilia.

RP Propt[er] maledictione[m] terrae qua deuestiebantur
 animalia terrae. **INTER** Quid de animalibus sen-
 tiri debet. quorum natura nec semp[er] in aridis nec semp[er] in undis
 uiuere potest. sicut sunt lutri & utuli marini &
 multa alium aquis generae uictum requirunt.
 sed in aridis dormiunt in utrum & requiescunt.

RP Potuit enim uirtus diuina utramuis eorum natu-
 ram donec diluuium transiret temperare. ut

aut in humero tantum aut in arido tantum uiuere
 possint. nisi forte extra archam in aliqua eius par-
 te loca illis p̄parata essent. unde & in aquis uiue-
 re & in aridis quiescere potuissent. **INTÉR** De quo
 sp̄s dixit. adduxit d̄s sp̄m & imminute sunt
 aque. **RISP̄** Bene enim de illo sp̄s intellegi po-
 test. de quo dictum est sp̄s d̄i ferabatur sup̄ aquas.
 tunc enim ferebatur ut congregatis aquis in su-
 um locum terra aparuisset. **INT** Nunc autem
 adductus dicitur ut ablati de medio aquis diluuii
 faciem terrae reuelaret. Potest & sp̄s nomine
 uentus intellegi. iuxta illud psalmistę. & stetit
 sp̄s p̄cellere cumis flatibus crebris aqua cogere tur
 recedere. **INT** Quo enim reuersae sunt aque
RP Dum dicitur reuersae sunt aque de terra euntes
 & redeuntes. uidetur iuxta literam quia om-
 nes fluminum & aruorum decursus p̄ occultas
 terrae uenas ad matricem abyssum redeant.
 iuxta illud salomonis ad locum unde exeunt.
 flumina reuertuntur & iterum fluunt.
INT Cur quadragenario numero pluuia munda bat.

Et iterum post .xl. dies dicitur noe fenestrā
 arce aperuisse. **RISP** Quadragenarius uero
 numerus tribulationem penitentiae osten
 dit. qd uero post .xl. dies fenestrā aperuit.
 significat ieiunio caelum reserari. Ideo mo
 yses & helias & iam & ipse saluator quadrage
 nario numero ieiunia consecrauit. tamquam
 tribus temporibus necessaria ante legem sub

lege sub gratia. **INT** Quare columba rami
 oliuę reportat. **R P** Columba sps sc̄i expulso
 alitae deterrimę ad noe post diluuiū quasi
 ad xpm. post bap̄tismum deuolat & ramos re
 fectionis aeluminis pacem orbi adnunciat.

INT Si d̄s omnia fecerat bona etiam & ualde bo
 na. quid est quod munda & immunda nomi
 nauit animalia. numquid immundū bonum
 potest esse. **R P** Etiam qd immundum dicitur.

in sua natura bonū est. ad comparationē igitur
 alterius naturae melioris quasi immundū pu
 tatur. **INT** Cur bos melior est leone. **R P** Quia
 eius natura magis conuenit hominibus neces

34
fitate subuenire: propter quem omnia creata
sunt animalia. **INT** Cur enim homo terro
re ceteris animalibus positus est. **R P** In so
latium uindictę transactę & ne pauci homines
a pluribus opprimerentur. bestis & ut scirent se
inrationabilibus dominare debere non rationa
litibus unde & primi patres nri. pastores pecco
rum non reges hominũ esse leguntur. **INT** Cur
esus carnium post diluuiũ homini concedit
& non ante. **RESP** Propter infecunditatẽ terrae
ut estimatur. & hominis fragilitatem. **INT** Cur
arcus in signũ securitatis datur. **RESP** Quia p
seuit creator formidabiles hominũ animos. ne
iterum diluuiũ deleterentur: dum sepius inunda
tiones pluuiarũ cernerent. **INT** Cur idem
signum securitatis in caelo positum est. **R P**
Ut ab omnibus inspicere potuissent. & ut per quacum
que tribulatione oculos cordis ad eum actolla
mus qui habitat in caelis. **INT** Cur signum il
lud diuersi coloris datur hominibus. **RESP**
Propter securitatem & timorẽ unde & in arcu.

id est color. aque & ignis. simul ostenditur. quia
ex parte est ceruleus. & ex parte rubicundus.
utriusque iudicii testis sit unius videlicet facti &
alterius faciendi. id est quia mundus iudicii igne
cremabitur. nam aqua diluuii non deletur. **INT**

An pluuie ante diluuiū essent. **RESP** Videtur n̄
esse. quia arcus non erit nisi ex radis solis & humi
da nube. potest enim fieri ut ex roris & fontiu.
sicut egipto irrigatione terra fecundaretur.

INT Post diluuiū quare uir iustus noe inebriatus eē
legitur. **RESP** Forte ut beatus hieronimus dicit.
inebriari uino posse nesciebat. nec enim ante di
luuium legitur. uino homines uti ideo specialiter

de noe dicit. plantauit aut noe uineam. **INT** Cur
nudatio femorū post ebrietatem secuta est. **RESP**

Quia sepius satietatē libido subsequitur. **INT** Cur
cham in posteris maledicebatur. **RESP** Quia pec
cantibus & non penitentibus futura imminet
poena. sepe quidē reproborum nequitiae. hic qui
dem multę pfitunt. sed in posterum feruntur
pferatumque est quia terra chanaan iec

tis cananeis & debellatis accepturos fuisse filios
 israhel. qui uenirent de semine sem. **INT** Quem
 hominem uult fratrem intellegi dum dicit.
 sanguinem enim hominis requiram de ma-
 nu fratris sui. **RES** Omnem hominē semen
 uoluit intellegi secundum cognationem ex
 uno ductam. **INT** Quomodo diuisus est orbis
 a filis & nepotibus noe. **RES** Sem ut estima-
 tur asiam. cham. affricam. & iafeth. europā.
 sortitus est. **INT** Quot gentes singuli eorum pere-
 arunt. **RES** De iafeth nati sunt. xx. de cham. xxx.
 de sem. xxvii. simul. lxxii. de quibus orie sunt gen-
 tes. lxxii. inter quas misit dñs discipulos. lxxii.
INT Cur dicitur dilaretur dñs iafeth. & habitet in taber-
 naeulis sem. **RES** Desem hebrei de iafeth populus
 gentium nascitur. quia igitur lata est multitudo
 credentium a latitudine. neque iafeth dicitur latitudo
 nom̄ accepit. quia ait & habitet in tabernaculis
 sem. De nobis p̄feratur. qui in eruditione scientie
 scripturarū cuncto israhelē uersamur. **INT** Quid
 est qđ dicitur in gene. si de terra illa. exiit assur

& aedificauit nineuen & robooht ciuitatem. **R P**
 Non duos significat ciuitates robooht. namque
 platea dicitur. est ergo sensus hic aedificauit nine
 uen & plateas ciuitatis. **Int** Quomodo nebroht gi
 gans uenator robustus contra dnm dicitur. **R P**
 Id est hominum terrenorum suppressor & extirpator. eri
 gebat ergo cum suis populis turrem contra dnm.
 in qua est impia significata subpbia. quo domi
 natio imperantis in lingua e. ibi est damnata sub
 pbia. ut n̄ intellegeret iubens homini qui nolunt
 intellegere. ut oboediret do iubenti. sic illa conui
 ratio dissoluta e. cum quisque ab eo que non intel
 legebant ascenderet. & nec sensi ei cum quou poterat
 aggregaret & plinguas diuise sunt gentes disp
 seque terras. **Int** Cui dixit ds descendam & confun
 damus linguas eorum. **R P** Descendere di est. hu
 manos actus inspicere. uel eorum sensibus ppin
 quare. qd uero plurali numero dixit descendamus.
 & iterum singulari. confudit dñs labium uniuersae
 terrae. distinctione psonarum scam trinitatem.
 & operationis unitatem. in maiestate diuina uo

lunt ostendere. Sicut in exordio humanae creatio-
 nis dictum est faciamus hominem. ad imaginē
 & ad similitudinē nostram. & iterū fecit dī ho-
 minem ad similitudinē suam. ut trinitas p̄so-
 nis. & unitas in potentia esse credatur. **INT**
 A incredibile est tante stultitiae esse homines. ut
 in caelum altitudinē aedificii cuius libet erige-
 re posse putarent. **R̄p̄** Solet enī sup̄biam stul-
 titia sequi. & humilitatē sapientia. Ideo turris
 hic sup̄biae loco posita est. fecit ergo sup̄bia diuer-
 sitates linguarum. humilitas xp̄i congregavit
 diuersitates linguarū. & quos turris desociaue-
 rat ecclesia collegerat. **INT** Quis enim primo
 omnium hominibus dominari. & regnū dilatari
 studuit. **R̄p̄** Nebroht gigans ut in sacra legitur
 historia. qui extruende turris. & condende babi-
 lone auctor extiterat. **INT** A nimum opus est tur-
 ris & ciuitatis uel duo. **R̄p̄** Velum aestimatur.
 a plurimis arcem esse. & ciuitatis babiloniae tur-
 rim illam. & ideo ciuitas illa dicitur babiloni
 id est confusio. quia confusum est ibi labium

uniuerse terrae & in linguas loquela hominū
 uarias diuisa. huius enim ciuitatis idē babilo
 nis mirabilē constructionem gentium com
 mendat istoria. cuius nimia disponebat altitudo.
 siue turris unius. eius quam p̄cipuam molieban
 tur inter alias erigere in caelum. siue omnium
 turriumque p̄ numerum singularē. ita significa
 te sunt. ut dicit̄ miles & intellegunt̄ milia militū.
In lingua enim familia illa p̄mansit linguaque pri
 mitus adam data fuerat. **Rē** Ut putatur in
 familia heber ex quo hebrei dicti sunt. in ea par
 te hominū diq̄ porcio p̄mansit. in qua & xp̄s
 nasciturus erat. oportuit enim ut in ea lingua
 salus mundo primo predicaret̄. p̄ quam primum
 mors intrauerat in mundum. ostendit quoque
 titulus in cruce saluatoris scriptus. hanc esse om
 nium linguarum primam. **In** Sid̄ frequēit
 ab omnibus operibus suis. die septimo. unde subito
 tanta apparuit diuersitas linguarum. **R̄s p̄**
 Non in hac diuisione linguarū nouum quid conde
 re creatorem aestimatur. sed dicendi modus &

40
formas in diuersis loquelarū generibus diuisit un-
de easdem syllabas & eius potestatis litteras aliter
coniunctas in diuersis inueniemus gentium lin-
guis. sepe etiam & eadem nomina uel uerba ali-
ud quid significantia. in alia lingua. aliud in alia
ubi dicimus in psalmo. in iurga ferrea. in greco
habet en raddon. sidera igitur in latino sidera. non
ferrea significat sicut in greco sed astra. **INT** Quid est
quod de aran legitur fratre abraham. **R P** Mortuus est
Apud hispanos dicitur fieri. Et quintilianus in eadem con-
trouersia in qua accusabatur in trona. quod ethiopen pe-
perit. pdefensione eius. Argumentatur hanc conceptum et
natura qua supra diximus. Et multa dicuntur similiter
fieri in animalium foetibus. Sed et mulieri accidisse traditur.
et scriptū reperitur in libris. Antiquissimi. et peritissimi me-
dici hypocratis quod suspicionem. Adulteri fuerat puniendā.
cum pulcherrimū peperisset utriusque parenti generique dis-
similem. Nisi memoratus medicus soluisset questionē. illis
Annonis quaerere. ne forte. Aliqua talis pictura esset in
cubiculo. Quam uenta mulier. A suspicionem liberata est.
In T. in quare iacob primi temporis sua eō uoluit. et serui-
na laban. uel eum hanc arte non sua magis omnia eō fecit.
R. P. Jacob prudens et callidus. iusticiā. et aequita-
tem. etiam in noua arte seruabat. Si enim omnes agnos
et haedos uarios. pecora. percreuissent. erit. Aliqua suspicio.

177
doli. et aperte huic rilaaban inuidus contraxisset. Ergo ita omnia temperavit. ut ipse fructu suu laboris Acciperet. et laban non poenitus spoliaretur. Si quando oues et capre primo tempore ascendebantur quia uernus est. foetus. Ante ipsas ponebat uirgas ut uaria sobolis nascerentur. Quare uim que oues et capre sero querebant mare anticharum oculos non ponebat. ut unius coloris peccora nascerentur. Et quicquid primum nascebat suu merita. quia discolor et uariu erat. Quicquid postea laban. Vnius enim tam in nigro quam in albo coloris pecus operiebatur. **INT** Cur nec iacob fraudis in hoc facto Arguendus est. **RP** Per hoc cogit inquiri prophetia. et aliquam figuratam significationem res ista quam sine dubio ut propheta fecit iacob. Non enim tale Aliquid nisi reuelatione spiritali eum fecisse credendum est. **INT** Quomodo de decem uicibus dicit iacob focero suo mutasse eum mercedem suam. **RP** Hic est enim sensus. quod per singulos foetus semper laban condicione mutauerat. Si uidebat uariu nasci pecus. post foetum dicebat. Nolo ut in futuro mihi uaria nascantur. rursus eum uideret unius coloris nasci peccora. iacob quippe hoc iudicium uirgas in carnalibus non ponebat. Dicebat ob futuros foetus

78
ut unus coloris sibi peccora procrearent. Et quid plura.
usque ad uices. decem. semper Alaban pectoris sui iacob mu-
tata condicio est. Et quodcumque sibi proposuerat in-
nasceret. in colore contrarium uertebatur. Nec in autem
in sex Annis decem. parum uices incredibiles inde. amur-
lege uirgilium inquit dicitur bis grauidae pecudes. Natura
Autem italicarum ouium et me sopitaniae una esse phibetur.
INT Quare constituit iacob lapidem super titulum.
R P Diligenter animaduertendum est. quod istos titulos
in rei cuiusque testimonio constituebant. non ut eos. p. d. u.
colerent sed ut eis aliquid significarent. **INT** Quid est quod
iurauit per timorem isaac patris sui. **R P** Per timorem utique que
timebat isaac pater eius. iurare intelligitur. quoniam timorem
etiam superius commendauit cum diceret. **D** s. patris mei
Abraham et timor patris mei isaac. **INT** Quae sunt castra
di. quae uidit iacob in itinere. **R P** Nulla dubitatio est
quod angelorum fuerit multitudo. Ea quippe inscripti-
ris milicia caeli nominari solet. **INT** Quaeri solet quomo-
do fidem habuerit iacob quando quidem tantum timuit
esau fratrem suum. **R P** Similis est in uerbis eiusdem iacob
quae secuntur et humana infirmitas. et fides pietatis appa-

79
ret. Ut et dñs liberaret eum et quae p̄misit impleret.

Ammonendi tantū sumus hoc exemplo. ut quamuis cre-
damus in dñm. faciamus tantū quae facienda sunt. Ab omni-
bus in presidium salutis. ne praetermittentes eum tempta-
ri uideamur. **Int̄** Quomodo ergo iacob ab eo postulat be-
nedicti. cui luctando preualuit. **R̄p̄** Magna est. haec de
xpo p̄phetia. Duplex enim hic iacob intellegitur. Id est.
carnalis et spiritalis. Preualuit enim iacob xpo. uel potius
praenualere uisus est. p̄ eos israelitas. a quibus crucifixus
est. xps. et ab eo benedicitur in eis israeliticis. qui credide-
runt in xpm. E quibus erat. qui dicebat. Nam et ego israhel-
ita cum ex genere abraham tribu beniamin. Unus ergo. et
que idē iacob. et claudus et benedictus. Claudus in latitudi-
ne femoris tamquam in multitudine generis. De quibus die-
tum est. et claudicauerunt a seminis suis. Benedictus autē
in eis de quibus dictum est. Reliquae per relationē grauae sil-
ue factae sunt. **Int̄** Quae est causa immutari nominis iacob.
ut israhel uocaretur. **R̄p̄** Vana huius nominis interpreta-
tio aestimatur. Sed beatus hieronimus taliter de eius inter-
pretatione dixit. Sensus itaque hic ē. iacob. sed dñs uocabi-
tur princeps cum dñs. hoc est. israhel. Quomodo enim ego

cu angelis

princeps sum. sic et tu qui mecum luctari potuisti princeps
 uocaberis. Si uero mecum idem deo siue quonia plerique uer-
 tue interpretantur pugnare potuisti. quanto magis cum ho-
 minibus hoc est. cum esau formidare non debes. **INT**
 Quid sibi uult. quod iacob ait fratri suo. Sic uidi faciem uiam
 quam uiderem faciem dei. Utrum pauentis et perturbati animi
 uerba. usque in hanc adulationem pro- **perunt** **AP** haec
 uerba fraternas sunt et benigno animo dicta. Quoniam
 post benignam susceptionem metus ipse transierat. et forsitan
 sit diuinitate Angelorum uel aliquem semper hoc loco intelligen-
 re debemus. Secundum apostolum quid dicit. Et si sunt
 quid dicuntur diu siue in caelo siue in terra. quem admodum
 sunt diu multi et diu multi. **INT** Quomodo promissum iacob
 fratri suo ut sequeretur uestigia eius. cum alio itinere ten-
 deret. **AP** Forte adhuc sequebatur. uel primo ueraciter
 animo promissum. sed alia postea cogitanda de legem. **INT**
 Quomodo duo filii iacob tantam eandem interpretationem
 per se in terra. Aliena facere potuerunt. **AP** Multum
 enim non parua est cum iacob qui plurimum dicitur
 sunt. sed filii eius in hoc facto nominantur. quia eiusdem
 facti principes utique. auctores fuerunt. **INT** Quid est

81

quod iacob domui suae dixit: proicite deos alienos qui
in medio sunt vestri: ceterum dederunt ergo ei omnes de
os alienos quos habebant: et aureas quae auribus eo
rum erant: Quae si ornamenta erant: ad idolatria non
pertinebant: **R. P.** Intellegendum est: has aureas filac
teria fuisse deorum alienorum: Nam rebecca a ser
uo abraham aureas accepisse scriptura testatur: Quod
non fieret si eis aureas habere ornamento gratia non
liceret: Ergo illae aureas quae cum idolis datae sunt:
ut dictum est: idolorum filacteria fuerant: **Int.** Quare
secundo dicitur ad iacob: non uocaberis iacob: sed isa
bel erit nomen tuum: et appellauit eum israhel: **R. P.**
Dudum nequaquam ei ab angelo nomen imponitur: sed
quod imponendum a deo sit: predicatur: Quod dicitur
ibi futurum promittitur: hic dicitur expletum: Ni
mirum ergo nomen hoc ad illam recte intellegitur:
pertinere promissionem: ubi sic uidebitur deus: quomo
do nomen est antea patribus uisus: **Int.** Quae est effratha
ubi iacob rachel uxorem suam condidisse dicitur: **Int.**
Effratha uero et bethleem unius urbis uocabulum est:
sub interpretatione consimili: Si quidem in frugibus

ram domum: et domum panis uertatur: propter cum
 panem qui de caelo descendisse dicitur: **R. P.** Ubi est tur
 ris gregis: iuxta quam dicitur: iacob habitasse: **I. H. I.** Iuxta
 bethleem ubi uel angelorum grex dñi in ortu eccinit:
 uel iacob pecora sua loco nomen imponens: uel quod ue
 rius est quod fati ematio futurorum iam tunc myste
 rium monstrabatur: **R. P.** Quid est quod de isaac dicitur
 et consumptus aetate mortuus est: et adpositus populo
 suo: quomodo consumptus: uel quo populo adpositus:
 Consumptus aetate: id est perfectus aetate: Verum ange
 lorum populo: uel sc̄arum animarum adponuntur: qui
 hanc uitam placentes dō finiunt: Tunc dicuntur adpo
 ni quando nulla iam remanet sollicitudo temptatio
 num et periculum peccatorum: Quod intuens ait scrip
 tura: Ante mortem ne laudes hominem quemquam:
I. H. I. Quomodo scriptura dicit post mortem isaac patris
 sui esau abcessisse de terra chanaan: et habitasse in mon
 te seir: Cum ueniente de mesopotamia iacob legitur: mi
 sisse cum nuntios: ad fratrem suum in terra seir regio
 nis et dom: eumque **ibi** habitasse tunc temporis: **R. P.**
 In promptu est cogitare quod scilicet esau postea quam

in mesopotamiam frater eius abcessit. Nolut habitare
 cum parentibus suis. Siue ex illa commutatione quae dolebat
 se benedictione fraudatum. siue causa uxorum suarum
 quas odiosas uidebat esse parentibus et coepit habitare in
 monte seir. Deinde post reditum iacob fratris sui facta in
 ter eos concordia reuersus est. et ipse ad parentes. Et cum
 mortuum patrem simul sepelissent. quia eos plurimum
 ditatos terra illa sicut scriptum est minime capiebat.
 accessit rursus in seir. et ibi propagauit gentem idume
 orum. **IHT** Erant autem filii iacob. xii et computatis
 omnibus beniamin quod et addidit. hi filii iacob ia
 cob quinati sunt ei in mesopotamia siriae dum constat
 beniamin natum esse in canaan. quomodo tunc xii
 nasei dicuntur in mesopotamia. **Rp** Nulla enim faci
 lior solutio huius questionis. quam ut per sine clochen
 accipiatur. Ubi enim maior pars est aut forcior solet
 eius nomine etiam illud comprehendere quod ad ipsum
 nomen pertinet. **IHT** Quomodo impletur somnium
 ioseph quod dicit se uidisse solem et lunam. et undecim
 stellas adorasse. dum constat eo regnante in egypto
 matrem eius rachel. multo ante se defunctam. immo

nec patrem cum legimus adorasse. **R^p** Ergo in xpo facilis
 est somni perfectionem intellegere. cui donatum est
 nomen quod est super omne nomen ut in nomine ihu om
 ne genu flectatur. caelestium terrestrium et inferno
 rum. **I^h** Queritur quare israhelitas scriptura qui
 bus a fratribus uenditus est. ioseph. etiam machianitas
 uocet. cum israhel sit de agar filius abraham machian
 te uero de ethura. **R^p** Quia scriptura dixerat de
 abraham quod munita dederat filis concubinarum su
 arum. agar scilicet ethurae. et diuisit eos ab isaac. fi
 lio suo in terra orientis unam gentem fecisse intelleg
 di sunt. **I^h** Quomodo intellegitur quod iacob dicit
 quoniam descendam ad filium meum lugens in infernu.

R^p Perturbata et dolentis uerba sunt. mala sua etiam hinc
 exaggerantis. uel etiam inferni nomen sepulchrum sig
 nificauit. quasi dixisset in luctu maneo donec me ter
 ra suscipiat sepulchrum. sicut illum. **I^h** Qualiter histo
 ria dei uida et tribus filis eius et uxorem thamar intra
 tam paucos annos compleri potuit. Cum ergo ipse io
 seph anno septimo decimo aetatis suae uenditus fuis
 se credatur. xiii annos peregerat in egipto ignotus

85

pharaoni. Ad hos enim .xiii. annos accesserunt septem an-
nis ubertatis et facti sunt anni .xx. Adduntur duo quia
secundo anno famis intant iacob in aegyptum cum fi-
lius suis et inueniuntur .xx. duo anni. Quibus a sunt io-
seph a patre et a fratribus suis quomodo tempore quomo-
do fieri potuerunt. **R.P.** Solet enim scriptura sc̄a per re-
pitulationem multa perferre aliquot annos ante uen-
ditum ioseph haec fieri coepisse. Intellegi datur etiam
mox ut adolefceret iudas coepit incidisse in amorem
eius quam duxit uxorem. nondum uendito ioseph in ae-
gypto. **III.** Cur dixit de thamar depositas uestimentis ui-
ditatis suae. **R.P.** Quatinus ut intellegeres ex tempori-
bus patriarcharum certa et sua uestimenta fuisse uidua-
rum. non utique talia qualia coniugatarum. **III.** Quare
dixit iudas iustior est thamar quam ego. **R.P.** Thamar
uero siue campeta sedens ubi diligenter debet aspiciere
uicior quod iter gradiendi capiat. non ut uagam tur-
pitudinis libidinem impleat. sed ut liberet a socio
acciperet. iustiore causa quam socer. ille libidinis illa
liberorum. etideo incomparationem eius minus ma-
lefecerit. **III.** Si enim phares inde sortitus est. no-

men diuisionis quia diuiserat membranam secundarum.

Unde hara sic nomen accepit. **RP** Hara interpretatur ori-
ens siue igitur quia primus apparuit siue quia plurimi
ex eo nati sunt iusti sicut in parali pomenon legimus.

IHT Cur gentiles homines qui fuerunt in carcere cum ioseph
presagia futurorum uiderunt. **RP** Non pro suis meritis
sed ut magnificaretur ioseph et manifestaretur quia latebat.

IHT Quae tres propagine. **RP** Tres propagine sunt tres rami.

IHT Cur pharao uel herodes die natiuitatis suae honoribus fes-
tuos habuerunt. **RP** Eo quod putauerunt quod hora
natiuitatis eorum se ordinasset in regnum si similem rem
facientes adorationes ut dicitur quorum pars impietas est

sed sollemnitas una. **IHT** Quid est quod pharao dixit puta-
bam me super flumen stare. **RP** Id est quod in alio loco
legitur in genesis. Ecce ego super fontem sto aquae hoc
genere locutionis et in psalmo dicitur qui fundauit ter-
ram super aquam. Non coguntur homines putare sicut
natare nauem terram super aquam secundum hanc enim
locutionem recte intellegitur quod altior sit terra quam
aqua. Altius quippe ab aquis sus tollitur ubi habitat ter-

IHT terra animalia. Quomodo multitudo frugum harenae

multitudini comparatur. **R.P.** Quia sicut arena innume-
rabilis est: ita multitudo frugum usitato numero comp-
hendi non poterat. **I.H.T.** Quomodo de iure scō ioseph intel-
legere debemus quod fratres suos inebriassent. **R.P.** E brie-
tas autem scdm idiomam hebraice linguae profacietate
ponitur: sicut ibi. Uisitasti terram et inebriasti eam. Et te-
rum inebriabuntur ab ubertate domus tuae. **I.H.T.** Quid sibi
uult quod ioseph fratres suos totiens ludificauit: et tanta
expectatione suspendit: ante quam manifestari se uolu-
isset. **R.P.** Tribulabat eos non ut se uindicaret in eis: sed ut
purgaret illos a crimine transacti sceleris in eum: uel magis
in hac dilatione accumularetur gaudium eorum: dum
ostenderetur: et tantam glam eius uiderent: quem a se ex-
tinctum esse uidebantur. **I.H.T.** Quomodo dicitur: filii ei-
us et filiae eius descenderunt cum eo in egyptum: cum ia-
cob plures non habuit filias quam diuam tantummo-
do. **R.P.** Aut etiam nepotaf filiarum nomine significa-
tas intellegere debemus: aut pluralis numerus pro sin-
gulari positus est: sicut ibi. Inmisit in eis muscam cani-
nam. **I.H.T.** Quod dicit scriptura: omnes animae quae
egressae sunt de femoribus iacob: quid respondendum

est eis: qui hoc testimonio confirmare nituntur: a paren-
 tibus simul animas cum corporibus propagari. **R.** Animas
 enim dictas pro hominibus: a parte totum significante
 nullus debet dubitare. **I. H. T.** Hi filii hae quod genuit in me-
 sopotamia syriac: cum dina: animae filiorum et filiarum
 triginta tres. Numquid istae omnes triginta et tres animae:
 ex lia in mesopotamia syriac nati sunt: dum ibi iacob non
 plus uiginti annis cum socero suo moratus est: et septem an-
 ni transierunt: ante quam liam uxorem duxisset. **R. P.** Ideo
 etiam scriptura sc̄a: hos omnes in mesopotamia ortos esse
 dixit: quoniam eorum patres ibi orti sunt. **I. H. T.** Si sexa-
 ginta et sex sunt quae ingressae sunt animae cum iacob in
 aegyptum: tibi ioseph cum duobus filiis suis inuentus ē:
 quomodo septuaginta postea dicuntur esse animae do-
 mus iacob. **R. P.** Ipso uero patre iacob quasi radice ad na-
 merito septuaginta esse noscuntur. **I. H. T.** Dum enim in
 genesi legimus septuaginta animas esse domus iacob:
 quomodo in actibus apostolorum dicitur: in animabus
 septuaginta quinque: descendisse iacob in aegyptum. **R. P.**
 Non enim aliquid poterat lucas contrarium scribere: ad-
 uersum eam: scripturam: quae iam fuerat gentibus de-

89

uulgata: et utique maioris oppinionis illo dumtaxat tem-
pore septuaginta interpretum habebatur auctoritas
quam lucas: qui ignotus et uilis et non magnae fidei in na-
tionibus ducebatur: hoc autem generaliter obseruandū
quod ubicumque scī apti aut apostolici uiri quid locan-
tur ad populos: his plerumque testimonis abutuntur:
quae iam fuerant in gentibus deuulgata: licet plerique tra-
dunt euangelistam ut profelitum hebraeas literas ignoras-
se. **III** Filii iacob interrogati quid operis haberent: re-
sponderunt, pastores ouium sumus sicut et patres nri: qua-
re patriarchas primos pastores ouium: et non reges genti-
um legimus esse. **IIII** Quia sine ulla dubitatione iusta ser-
uitus: et uis ^{ta} dominatio cum peccata homini seruiunt: et ho-
mo peccatoribus dominatur: sic enim dictum est cum crea-
retur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinē
nostram: et habeat potestatem piscium maris: et uolatiliū
caeli: et omnium quae sunt super terram. Ubi insinuatur
rationem debere dominari in rationabili uitae: Seruum
autem hominem homini: uel iniquitas uel aduersitas fecit.
Iniquitas quidem: sicut dictum est: Maledictus canaan:
erit seruus fratribus suis. Aduersitas uero sicut acciden-

90
ipsi ioseph, ut uenditus a fratribus seruus alienigenae fieret.
Itaque primos seruos quibus hoc nomen in latina lingua
inductum est, bella fecerunt. Quoniam homo ab homine
superatus iure belli possit occidi, quia seruatus est, seruus
appellatus est. Inde et mancipia qui manu capta sunt. **Int**
Quaest terra gessen uel ramesseae. **R. P.** Ut uideri autumant
quaenunc thebaida uocatur. ramesseae igitur pagum ar
senaten sic olim uocatum putant. **Int** Quaeritur quo
modo in terra egypti pascua peccoribus inuenire potuis
sent, dum terra egypti pluuiis non irrigatur. dum frs
ioseph ideo terram canaan reliquisse se dicunt, quod her
bam gregibus suis non inuenissent. **R. P.** Perhibetur ab eis
qui loca sciunt in multis aegypti paludibus potuisse pas
cua non desse, etiam cum famis esse strumentorum quaeso
lent, nili fluminis inundatione prouenire. Magis enim pa
ludes dicuntur illae feraces gignere pascua quando aqua
nili fluminis exerescet. **Int** Quid sibi uult a tanto uiro et ta
li patriarchae tam sollicita corporis commendatio, ut non
in terra aegypti sepeliatur sed in terra canaan iuxta patres
suos. **R. P.** In his ergo sacramenta tibi querenda sunt, et ad
mirationis gaudium inuenies. Cadaueribus quippe mortu

orum peccata significari in lege non dubium est. hinc illa sententia dicta est: qui batiatur a mortuo et iterum tangit illum quid proficit lauatio eius. Sic et qui ueniat super peccata sua et iterum ambulans haec eadem facit. Sepultura ergo mortuorum remissionem significat peccatorum. Et pertinet quod dictum est: Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Ubi ergo sepelienda erant haec significantia cadauera patriarcharum nisi in ea terra ubi ille crucifixus est: cuius sanguine facta est remissio peccatorum. **Int** Quid est quod iacob conuersus ad caput lectuli sui orauit dñm. **R P** Scilicet post iurauerat ei filius de petitione quam rogauerat adorare dñm contra caput lectuli. Scis quippe et deditus dō uir oppressus senectute habebat lectulum positum ut ipse iacens habitus absque difficultate ulla adorationem esset paratus. **Int** Quid est quod iacob dicit: duo filii tui effrem et manases sicut ruben et simeon erunt mihi. **R P** Significat sicut ruben et simeon duae tribus erunt et suis uocabulis uocabuntur: sic effraim et manases duae tribus erunt: duosque populos procreabunt: et sic hereditabit re promissionis terram sicut et filii mei. Reliquos autem filios quos post mortem meam

genueris tui erunt. In nomine patrum suorum uocabun-
tur in hereditate sua: qui non accipient separatim terram.
Nec funiculos habebunt proprios. ut reliquae tribus in tri-
bu effraim et manasse. quasi ad pendices populi commisce-
buntur. **¶** Cur iacob ioseph filio suo quasi nescienti
indicare uoluit: ubi et quando sepeliret matrem eius?

R P Forte propheticè commemorare uoluit: ibi sepultam matrē
ioseph ubi xpc fuerat nasciturus. **¶** Quae est pars una quā
iacob dedit ioseph filio suo extra fratres suos. quam tulisse
se de manu amorreorum dicit in gladio et arcu suo. **R P** Sig-
nificauit urbem quae hebraice sichem dicitur et secundum
grecam et latinam locutionem sicima appellatur: et cor-
ruptae a plurimis sychar nominetur: quae et nunc neapo-
lis dicitur. urbs samaritanorum. Sichem hebraea lingua
transfertur in numerum. Unde septuaginta interpreta-
ti sunt: quod autem dicit eam se in arcu et gladio possedisse.

Arcum hic et gladium iustitiam uocat: per quam meruit
peregrinus et aduena interfecit sichem et emmor: de pericu-
lo liberari. Timuit enim quod supra legimus ne uicina op-
pida atque castella ob uersionem foederate urbis aduer-
sum se consurgerent: et dñs non dedit eis ut nocerent illi.

Uel certe sic intellegendam: dabo tibi sicimam quame
 nim infirmitudine mea. hoc est in pecunia quam multo
 labore et sudore quaesivi. Quod autem ait super fratres suos
 ostendit absque forte dedisse eam tribui. et in auro solcum
 eius tibi hodie quaeritur. **¶** Quid intellegendum
 est de benedictionibus quibus iacob patriarcha benedix
 it filios suos an historice uel allegorice intellegende sunt.
 Dum dixit congregamini filii iacob: ut ad nuntiam uobis
 qua uentura sunt in nouissimis diebus. Et uidetur ex his
 uerbis magis allegoriam sonare quam historiam. Utrū
 que uero et historiam et allegoriam de diuisione terrae
 re promissionis. **¶** Quae diuidenda erat ne
 potibus illorum. Igitur et allegoriam de xp̄o et ecclesia
 in nouissimis temporibus futuram. Sed prius historiae
 fundamenta ponenda sunt: ut aptius allegoriae culmen
 prioris structurae super ponatur. Ruben primogeni
 tus meus. tu fortitudo mea. principium doloris mei. prior
 in domo maior imperio. Effusus es sicut aqua. n̄ crescas.
 Ascendisti cubile patris tui. et maculasti stratum eius. Est
 autem hic sensus: tu es primogenitus m̄s maior et debebas
 iuxta ordinem natiuitatis tuae et hereditatem quae primo

99
genitus iure debebatur: sacerdotium et regnum accipere.
hoc quippe in portando honore et p̄ualido robore demon-
strat. Uerum quia peccasti et quasi uasculo aqua quoli-
bet n̄ tenetur: uoluntatis effusus et impetu: idcirco p̄cipio
tibi ut ultra n̄ pecces. Sisque in numero fr̄m poenas pec-
cati lugens: quod primo geniti ordinē p̄didisti. Principi-
um autē doloris est: om̄is primogenitus quia pro eo primū
commouentur uiscera parentum. Simeon et leui: uasa in-
iquitatis bellantia: In consilium eorum ne ueniat anima
mea: et in coetu illorum n̄ sit gl̄a mea: quia in furore suo
occiderunt uirum: et in uoluntate sua suffoderunt murū.
Maledictus furor eorum quia pertinax: et indignatio eo-
rum dura. Diuidam eos in iacob: et dispergam illos in israhel.
Significat autem non sui fuisse consilii: quod sic hem et em-
mor foederatos uiros interficerent: contra uas in paucis
et amicitiarum tempore sanguinē fuderunt innocentē:
et quasi quodam furore sic credulitate reputati muros:
hospite urbis euerterent. Unde dicit: Maledictus furor
eorum quia pertinax: et cetera: et dispergam eos in israhel. Leui
enim propriam hereditatem non accepit: sed in omnibus scēp-
tris paucas urbes ad inhabitandas habuit. De simeon uero in li-

13

bro iesu scriptum est: quod et ipse proprium funiculum accepe-
rit. Sed de tribu iuda quidam accepit: iuda te laudabunt
fratres tui. Manus tuae in ceruicibus inimicorum tuorum: Adora-
bunt te filii patris tui. Catulus leonis iuda ad predam filii mi as-
cendisti. Siue ut in hebreo scriptum est: De captiuitate filii mi as-
cendisti: requiescens occubisti ut leo: et quasi leona qui suscita-
bit eum: quia iuda confessio siue laus interpretatur. Recte scri-
bitur iuda confitebuntur tibi fratres: uel laudabunt te. Et li-
cet de xpo grande mysterium: sed tamen secundum litteram signifi-
cat. Quod per dauid stirpem generantur reges: et quod adora-
rent eum omnes tribus. Non enim ait filii matris tuae sed filii
patris tui. Et quod sequitur: ad predam filii mi ascendisti. Osten-
dit eum captiuos populos esse ducturum. Et iuxta intelligen-
tiam sacratio rem: ascendisse in altum captiuam duxisse capti-
uitatem. Siue quod melius puto captiuitas passionem: ascensus
resurrectionem significat: alligans ad uincam pullum suum: et ad
uitem asinam suam. Quod uidelicet pullum asine cui super se
sedit ihc: hoc est gentium populum uineae apostolorum qui ex
iudeis sunt copulauerit. Ut ad uitem: siue ut in hebreo habet: ut
et sorch: id est electam uitem: alligauerit asinam cui super se
sedit ecclesiae ex nationibus congregatae. Quod autem dicit

6
filii mei conuersio. ΑΠΟ ΤΡΩ ΦΙΝ. ad ipsum iudam fa-
cit. Quod de xpo autem dicitur. non auferetur sce-
ptum de iuda. ex dicitur de femoribus eius. donec ueniat
ille qui mittendus est. et ipse erit expectatio gentium.
h xpe. qui missus a patre expectatio est gentium. Isachar
asinus fortis accubans inter tres terminos. uidit requiem qd
esset bona. et terram quod optima. et supposuit hume-
rum suum ad portandum factusque tribunus seruientis.
Quia supra habulon dixerat quod magni maris litto-
ra possessurus. sidoniam quoque et reliquas foenicifor-
bes contingeret. nunc ad me diterraniam prouincia re-
dit. et isachar qui iuxta neptalim pulcherrimam in ga-
lilea possessurus regionem. benedictione sua habitato re-
facit. Asinam autem osseum uel fortem uocat. et humerum
ad portandum quia in labore terrae et uehendis ad mare.
quae in finibus suis nascebantur plurimum laboraret. Re-
gibus quoque tributa comportant. aiunt hebrei per meta-
phoram significari quod scripturas scas die a nocte medi-
tans. studium suum dedit ad laborandum. et ideo ei
omnes seruiunt quasi magistro dona portantes. Dan iudica-
bit populum suum sicut et aliae tribus in israhel. Fiat dan.

h significat qd nō deficerent principes de tribu iuda usq. ad tempus quoniam e.

91
coluber inuiceras¹ in semita mordens unguas equi:
ut ascensor eius cadat retro. Salutare tuum expectabo
dñe. Samson iudex israhel: de tribu dan fuit: hoc ergo
dicit. Nunc uidens in spū comam nutrire samsonem na
harcum tuum: cessit hostibus triumphare quod in simi
litudinem colubri regulique obsidentis uias: nullum per
terram israhel transire permittat. Sed etiam si quis teme
rarius uirtute sua quasi uelocitate equi: confusus eam uo
luerit predonis: more popolare non effugere ualebit. To
tum autem per metamorpham serpentis et equitis loquitur.
Uidens ergo tam fortem naharcum tuum: quod ipse prop
ter meretricem mortuus est: et moriens nostros occidit
inimicos: putauit: o dñs ipsum esse xp̄m filium tuum uerū
quia mortuus est: et non resurrexit. Et rursus ductus est
israhel. Alius est mihi saluator mundi et mei generis p̄sac
tolandus: ut ueniat cui repositum est: et ipse erit expec
tatio gentium. Quod accinctus p̄liabitur ante eum: et ip
se accingetur retrorsum: significat quod ante ruben
et dimidiam tribum manasse: et filios quos trans iordanem
in possessione dimiserat: post quatuordecim annos reuer
tens: p̄lium aduersum eos gentium uicinarum grande

repperisset. et uictis hostibus fortiter dimicaret. Lege librū
 iesu naue et paralipomenon. Neptalim ceruus emissus dans
 eloquia pulchritudinis. Siue neptalim ager irriguus. Utrū
 que enim significat hebreum uerbum uala silua. Signifi-
 cat autem quod aquae calidae in ipsa nascuntur tribu.
 Siue quod super lacum gennesar fluente iordanis esset ir-
 riguus. Hebrei autem uolunt propter uberitatem quae ele-
 gis uidebatur habere notitiam. agrum irriguum et eloquia
 pulchritudinis prophetari. Cereus autem emissus. tempo-
 ranos fruges. et uelocitatem terrae uberioris ostendit. Sed
 melius si ad doctrinam saluatoris cuncta referamus. Quod
 ibi uel maxime docuerit saluator ut in euangelio quoque
 scriptum est. Filius meus ioseph ad crescens et decorus as-
 pectus. Filiae decurrerunt super murum. sed exasperaue-
 runt cum ei uisitati sunt. infidelibusque illi habentes ia-
 cula. Sedit in foris arcus eius et desolata sunt uincula bra-
 chiorum. et manus eius per manus potentis iacob. inde pa-
 stor egressus est lapis israhel. O fili ioseph qui tam pulcher
 es utte tota de muris et turribus ac fenestris puellarum ae-
 gipti turba prospectat. inuiderunt tibi et te ad iracundi-
 am prouocauerunt fratres tui habentes lioris sagittas. et heli

iaculis uulnerati. Verum arcum tuum et arma pugnandi
 posuisti. in dō qui fortis est propugnator. Et tunicula tua
 quibus te fī ligauerunt absoluta sunt et disrupta sunt. ut
 ex tuo semine tribus nascatur. effraim fortis et stabilis et in
 star lapidis durioris inuicta. imperans quoque decem tri
 bubus israhel. Benjamin lupus rapax. mane comedet p̄dam.
 et uespere diuidet spolia. Quam de paulo apostolo manifestis
 sima sit propheta omnibus patet. Quod in adolescentia per
 secutus ecclesiam. in senectute predicator euangelii fuerit.
 hebrei autem ita dixerunt. Altare in quo immolabantur
 hostiae et uictimarum sanguis. et ad basim illius fundeban
 tur. in parte tribus beniamin fuit. hoc inquit ergo
 significat. quod sacerdotes immolant. Mane autem ostias
 diuidant ad uesperam ea quae sibi a populo ex lege collec
 ta sunt lupum sanguinarium. lupum uoracem super al
 taris interpretatione ponentes et spoliarum. Diuisiones
 per sacerdotes. Qui seruiunt altari uiuunt de altari. haec
 autem historice. Spiritu autem in tuben prioris po
 puli iudeorum ostendisse personam. cui ad nō per propheta
 tam dicitur. Israhel primogenitus meus. Et tñm iuxta
 quod primogenitus meus debebatur. ipsius erat accipere

sacerdotium et regnum. Additur tua uirtus mea utique
 quam ut ipso populo fundamentum fidei: ex ipso uirtus
 dei quiescit xpc aduenit. Quomodo autem ipse sit princi-
 pium dolorum: nisi dum dō patri semper irrogaret in-
 iuriam: dum conuerteret ad eum dorsum et non faciem.
 Iste prior in dōnis quia primum ipsis credita sunt: elo-
 quia dei: et legis latior et testamentum: siue promissio: Iste
 maior imperio: utique pro magnitudine turrium quia
 copiosius ceteris in hoc seculo propter idem negauit. Effu-
 sus est autem sicut aqua peccando in xpo: quae uasculo non
 tenetur. Voluntas effusus est impetu: eundem modo addit
 ultra non crescat. Quia propter ipse postquam in uniuersum
 orbem dispersus est ualde imminutus est. Sed quare
 talia meruit: ita subiecit: quia ascendisti cubile patris
 tui. Primogenite aut plebis audaciam predicat. Quia
 cendit cubile patris sui et maculauit stratum eius: quan-
 do corpus dominicum in quo plenitudo diuinitatis requi-
 escebat: raptum in cruce suspendit: et ferro commacula-
 uit. Simeon et leui fratres uasa iniquitatis bellantia.
 Per sy meonem et leui scribae et pharisaei et sacerdotes iu-
 daei populi intelleguntur. Desy meone enim scribae

iudeorum erant: et de tribu leui principes sacerdotum: qui
 consilium fecerunt ut ihm dolo tenerent et occiderent.
 De quo consilio dicit: In consilium eorum ne ueniat anima
 mea: horrebat enim tota scelerata. In nouissimis temporibus
 facturi erant iudei: quia in furore suo occiderunt uirum
 id est xpm. De quo dicitur: Ecce uir oriens nomen eius.
 Et alibi: femina circū dabit uirum. Suffoderunt murum
 qui custodit israhel: lancea confoderunt. Maledictus
 furor eorum quia pertinax: utique quando furore ac
 censi circa obtulerunt xpm ponto pilato dicentes: Cru
 cifige: crucifige: Et indignatio eorum quia dura: dum
 barraban latronem peterent: et principem uitae cruci
 figendum postularent. Diuidam eos in iacob: et in disper
 gam illos in israhel. Quia nonnulli ex ipsis crediderunt:
 quidam in infidelitate permanserunt. Dicuntur enim di
 uisi hi qui ab eis separantur et ueniunt ad fidem. Disper
 si autem quorum patriae templo subuerso per orbem ter
 rae incredulorum genus spargitur: Iuda te laudabunt
 fr̄s tui. Per hunc iudam uerus confessor exprimitur xps:
 qui ex eius tribu secundum carnem est gentus: Ipsum
 laudabunt fr̄s sui apostoli scilicet et om̄s coheredes eius

qui per adoptionem filii deo patri effecti sunt: et christi filii effecti
 sunt: per gratiam: quorum ipse est dominus per naturam. Ma-
 nus tuas in crucibus inimicorum tuorum: isdem enim ma-
 nibus atque eodem crucis trophæo et suos tenuit: et inimi-
 cos et aduersarias potestates curuauit: iuxta quod pater
 promisit ei dicens: Sede ad dexteram meam donec
 ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ado-
 rabunt te filii patris tui quando multi ex filiis iacob
 adorant eum: per electionem gratiae saluifactor. Catulus
 leonis iuda: quando nascendo paruulus factus est: sicut
 scriptum est: Paruulus natus est nobis: Ad patrem filii mi-
 ascendisti: Id est ascendens crucem: captiuos populos re-
 demisti: et quos ille contrarius inuaserat: tum morti eos eri-
 puisti: Denique rediens ab inferis ascendisti in altum: cap-
 tiuam adduxisti captiuitatem: Requiescens accubuisti ut
 leo: Manifestissime in passione christi incubuit: quando in-
 clinato capite tradidit spiritum: Siue quando in sepulchro
 corruerat: uel quando corporis somno quieuit: Sed quare
 ut leo et uelut catulus leonis? In somno enim suo leo fuit:
 quando non necessitate sed potestate hoc ipsum impluit:
 sicut ipse dicit: Nemo tollit a me animam meam: sed ego

pono eam. Quod uero addidit: et ut tatus leonis: inde enim
mortuus unde natus. Bene ergo xpc ut leo requieuit: quia
solum mortis acerbisatem non timuit: sed etiam in ipsa mor-
te mortis imperium uicit. Quod autem dicit: qui suscitabit
cum: quia nullus nisi ipse. Dicit enim: Soluite templum hoc:
et in triduo suscitabo illud. Non deficiet dux dei uel: et res.
Hic manifestissime ad iudam refertur. Diu enim fuit ex
semine illius intemerata apud iudaeos successio regni: do-
nec xpc nasceretur. Et hoc supra diximus. Alligans ad ui-
nam pullum suum. Pullus suus populus est ex gentibus cui
adhuc numquam fuerat legis onus impositum. Hunc copu-
lauit ex uinea apostolis qui ex iudeis sunt. Non uinea do-
mini sabaoth domus israhel est. Et ad uitam a sinam suam.
Ipsa dicit: Ego sum uita uera. Ad hanc ergo uitam alligat
asinam suam. Sinagoga tradidit grauidam scilicet: et gra-
ui legis pondere depressam. Lauauit in uino stolam sua.
Sive carnem suam in sanguine passionis sive scilicet ecclesia
illo uino quod pro multis effundetur in remissionem pecca-
torum. Et in sanguine uuae **pallium** suum. Pallium gentes
sunt quae corpori suo iunxit: sicut scriptura dicit. Uuo
ego dicit dñs. Nisi hos omnes **indua** sicut uestimentum.

Pulchriores oculi eius uino. Oculi xpi: apostoli sunt. et
 uangelistae: qui lumen scientiae ecclesiae prestant. Quo
 rum praecepta austeritatem uini praeae legis superant.
 quia longo leniora sunt. Et dentes candidiores ~~dentes~~
~~precisores~~ sunt. scilicet qui percidunt ab erroribus. homines. et
 deos quasi comedendo in xpi corpus transmittunt. Can
 didiores autem effecti sunt doctores ecclesiae lacte ue
 teris legis. habulon habitauit in litore maris et in stano
 ne nauium. habulon interpretatur habitaculum pul
 chritudinis ecclesiam significat. haec in litore maris habi
 tati et statione nauium. lx. Credentibus refugium et pe
 rilitantibus demonstrat fidei portum. Haec contra
 omnes turbines scilicet inconcussa firmitate solida expectat.
 naufragium iudeorum et hereticorum procellas quae circū
 feruntur omni ~~uento~~ uento doctrinae. Quorum exstan
 ditur fluctibus non tamen frangitur. Pertendet autem
 usque ad sidonem hoc est usque ad gentes. Legitur etiam
 in euangelio inde adsumptos esse. aliquos apostolos. et ip
 sis locis sepe dñm docuisse. sicut scriptum est. Terra habu
 lon et terra neptalim. populus qui sedebat in tenebris ui
 dit lucem magnam. sidon interpretatur uenator. uel ue

natrix. Venatores qui sunt. nisi apostoli. qui ut supra dixi
mus. ex illis locis adsumpti sunt. De quibus dicitur. Mitti
uenatores multos. & uenabuntur uos in omni monte. Isa
char. asinus fortis. Isachar quod interpretatur merces. refer
tur ad populum gentium quem dñs sanguinis p̄tio est mer
catus. hic asinus fortis isachar scribitur. quia prius popu
lus gentilis quasi brutum et luxuriosum animal nullaque
ratione subsistens. Nunc uero fortis redemptoris domino
collum submitteus. ad iugum disciplinae euangelicae p̄fe
rans. Hic accubans inter terminos uidit requiem quod est
set bona. et terra quod optima. Inter terminos accubare e
p̄stolato mundi sine requiescere. Nihilque de eis quaenunc
uersantur in medio querere sed ultima desiderare. Et for
tis asinus requiem et terram optimam uidet. cum simplex
gentilitas. idcirco se ad robur boni operis erigit. ut ad ae
ternae uitae patriam tendat. Unde etiam ad portum hu
merum suum ad portandum quaedam ad promissam re
quiem peruenire desiderat. cuncta mandatorum onera
libenter portat. Unde factus est tributis seruiens. hoc
est xp̄o regi. suae si dei dona. et operum bonorum ope
rum offerens munera. Dan uelcabit populum suum.

sicut aliae tribus in israhel. Fiat dan coluber in uia: cerastes
 in semita: et cetera. Dicunt quidem anti christi per haec uerba pre
 dicta de ista tribu futurum. pro eo quod hoc loco dan et co
 luber asseritur. et mordens. Et tunc inter tribus israhel pri
 mus dan ad aquilonem castrametatus est. Illum significans
 qui se in lateribus aquilonis sedere dicit. Et de quo prophe
 ta fiducialiter propheta dicit. A dan auditus est fremitus
 equorum. Qui non solum coluber sed etiam cerastes uo
 catur. Cerastes enim grece cornua dicitur. Serpens ille
 cornutus esse perhibetur. per quem digne anti christe asse
 ritur. qui contra uitam fidelium cum morsu pestiferae
 predicationis armatur. etiam cornibus potestas. Quis au
 tem nesciat semitam angustiore esse. quam uia fiat. Er
 go coluber in uia quod in presentis uitae latitudine eos am
 bulare prouocat. quibus quasi parcendo blanditur. Sed
 mordet quod eos quibus libertatem tribuit. erroris sui ue
 neno consumit. fit iterum cerastes in semita. quia quos fi
 deles repperit. et inter angusta itinera precepto caelesti
 constringere uidit. non solum nequitiae callidae persua
 sionis impetit. uerum etiam terrore potestatis premit.
 Et in persecutionis angore post beneficia fictae dulcedi

Amabit.

nis exercet cornua potestatis ^{hoc} In loco equi mundum insi-
nuant quem per relationem suam incursum labentium tem-
porum spuma est et quem anti xpc ad extrema mundi ad-
prehendere nititur. Certe iste aequi mordere est: extre-
ma seculi ferienda contingere. Ut cadat ascensor eius re-
tro. Ascensor aequi est: quisquis iniquitatibus istius mun-
di extollitur: qui retro cadere dicitur.

*Terminantur quaestiones Alcuini in
Genesis.*

INCIPIUNT CAPITULA PROPOSITI
ONVM AD ACNVDOS LVNIES.

- | | |
|--|---|
| i. Propositio de limace. | viii. De sago |
| ii. Propositio de viro
ambulante in via. | x. De limteo |
| iii. Propositio de duob;
pfciscentibus. | xi. De duobus hominibus
singulas sorores accipientib; |
| iiii. De homine & equis. | xii. De quoda patre familias
& tribus filiis eius. |
| v. De eptore denario &c. | xiii. De rege & decem exercitu
in xxx. millis collecto. |
| vi. De duob; negotiatorib;
& solidos habentibus. | xiiii. De boue |
| vii. De chisco pensante.
libras. xxx. | xv. De homine |
| viii. De cuba | xvi. De duob; hominib; boues duoen. |
| | xvii. De tribus fratribus. |